

Aus einer Pergamenthandschrift, in der sich folgende Unterschrift in griechischen und lateinischen Buchstaben findet: „Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi M<sup>o</sup> P<sup>o</sup> L<sup>o</sup> explicatum est hoc librum Aimerici presbiteri a W. scriptore Lande Vetule. Erat autem indictio sexta, concurrens tertius, epacta H<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie nonas Iulii, dominica advesperascente, luna vero YA, temporibus Pascalis pape urbis Rome. O sancte Micael, arcangele Christi, miserere Guillelmo scriptori scribenti librum tuum.“ Siehe L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, III, 285. In den Zeitangaben stimmt nicht alles. Für welches Kloster St. Michael der Kodex geschrieben wurde, ist unbekannt. Siehe den Text bei Migne, *Patrologia latina*, t. 30, col. 188 (unter den apokryphen Schriften des hl. Hieronymus, mit der Aufschrift: De cereo paschali). Der Text ist sehr fehlerhaft.

Karolingische Minuskel des XII. Jahrhunderts. Die Schrift zeigt starke Neigung zu eckigen Formen; siehe z. B. a und o (1. 2). Die Buchstaben sind mehr lang als breit; siehe besonders die Form von n, o und u (1. 2). Die Oberlängen sind oft gabelförmig gespalten; siehe d und l (5. 7).

Einzelne Buchstaben. Statt ae steht meistens o, seltener e (8. 15); das letztere wird auch in den Worten *ecclesia, eloquentia, evangelia* gesetzt (7. 15. 18. 28). c ist oft für t gesetzt, wo dies den z-Laut hat (7. 10. 12). d ist meistens gerade, zuweilen rund (11. 18). g ist unten offen (13). Auf Doppel-l stehen Striche (8. 13. 26). Der Hauptstrich von q ist nach links gebogen (6). Der Schulterstrich von r ist klein und setzt spitz an (1); unten hat r oft eine schräge Schlusslinie (2); sehr häufig findet sich das runde r in der Verbindung or (9). Rundes s am Wortende ist noch selten (*folos*, 27); einmal ist es übergeschrieben (*flores*, 17).

Die Abkürzungen sind ziemlich zahlreich.

1. Kürzungen durch Suspension: Für *bus* b; (7. 9); für *que* q; (1. 7); für *sed* s; (15. 26); für *non* n (12). — m ist am Wort- und Silbende durch einen geschlängelten Strich ersetzt (1. 18. 19). — Häufig ist die syllabare Suspension an-

absque nomine saltem descriptione signatus est, neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de vicis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, ipse de se quod talis sit, confiteatur. Incipit ad Presidium<sup>1)</sup> diaconen.

- 5 Hieronimus Presidio fratri salutem. Nulla res, vetus inquit Commodus<sup>2)</sup>, tam facilis est quam difficilis fiat, quam invitatus facias. Quod si ille rem facilem difficulter fieri invito animo putavit, est, quid me facere posse estimas in re maxima et nullius unquam disserta eloquentia? Nam quicumque voluerunt de laudibus cerei dicere, plenis ut aiunt ventis ingenii sui tetendere vela, et quasi quedam pelagi alta penitantes vicina abscondere littora: statim in orationis foribus retorum clamor, florum praetorumque descriptio, et in modum sonantis molliter verba candencia, dum describuntur apes, quod sine coitu generantur et generant, quod sole a concubitu libere natos ore legunt, arte componunt, et quadam ratione vitali animas opusculis non de suo inserant.

- 10 Praeterea Virgilii totus Georgicorum liber profertur in medium: rex avolans agmen inducitur, tantoque strepitu diversa narrantur munia, ut militaribus castris interesse te credas. Sed cum haec audieris sive legeris, lauda oratoris eloquentia; et ut breviter signem, puta te Quintilliani controversiam recordari, in qua pauper causatur, dolens ob interitum apium, flores ab inpotentissimo divite venenatos. Esto haec iocunda sint, et aurem composito pede mulceant, quid dico, numquid ad ecclesiae sacramenta?

- 15 Quid, ad tempus Pasche agnus occiditur, cum accinctis lumbis carnes cum ossibus devorantur, cum, tacente<sup>3)</sup> episcopo et presbiteris in plebium quodammodo cultum redactis, levita loquitur docetque, quod pene non didicit, et festissimo predicans tempore toto dehinc anno iustitium<sup>4)</sup> vocis eius indicitur, videsne quam grandia sint? Intelligis te difficilia postulare? In eodem quippe momento et predicanda conscribere, et cur ita predicta sint dicere, omnium difficillimum est. Nam illud me pene preterit, divinis magis quam humanis vocibus disserendum est. Lege Pentaticum<sup>5)</sup>, instrumentum percurrere veteris.

- 20 Nunquam in Dei sacrificiis mella, nusquam cere usum, sed lucernarum lumina et oleo fotos videbis igniculos. Quid causer de veteri testamento? Novos percurrere libros; hi, ut opinor, sunt evangelia quatuor, apostolorum actus et epistolae, Iohannis apocalypsis; nichil preter ista. Numquid alicubi cereus? Nonne in finem evangelii detonantis inter septem

<sup>1)</sup> Korrigiert aus *Nepocianum*. <sup>2)</sup> Korrigiert. In der Ausgabe von Migne: *Comicus*. <sup>3)</sup> Korrigiert. <sup>4)</sup> So bei Migne. <sup>5)</sup> Übergeschrieben: *vel Pentatheucum*.

Aus dem Pergamentkodex, der uns die Schrift des Sex. Julius Frontinus *De aquaeductibus urbis Romae* erhalten hat. Siehe J. Polenus, Padua 1722, p. (19) und p. 171. Über andere Ausgaben siehe Teuffel-Schwabe, *Geschichte der römischen Litteratur*, 5. Aufl., 1890, I, 810. Ich verdanke das Facsimile dem Bibliothekar von Montecassino, Pater A. M. Amelli.

Karolingische Minuskel des XII. Jahrhunderts. Die Schrift hat einen eigenartigen Charakter. Einige Buchstaben haben Neigung zu eckigen Formen. Ober- und Unterlängen sind klein. — Der Kodex ist aller Wahrscheinlichkeit nach in Montecassino geschrieben worden: dort schrieb man im XII. und XIII. Jahrhundert zwar auch noch die *littera Beneventana*, aber man kannte ebenso gut die karolingische Schrift. Die Schrift unseres Kodex scheint eher die Hand eines Gelehrten als eines Kalligraphen zu verraten.

Einzelne Buchstaben. a ist uncial; aber der rechte Strich ist klein und der linke Bogen setzt hoch an (1); für ae steht o (1. 7. 10. 12). d ist gerade (4. 5). Der Bogen von h besteht aus einem geraden und einem schrägen Strich; der schräge geht unter die Linie (10. 22). Die Punkte auf Doppel-l in Z. 16, 22, 27 rühren offenbar von einer späteren Hand her, der Strich über *Cominius* in Z. 14 ist vielleicht alt. r ist kurz, doch zuweilen

geht es etwas unter die Linie (17. 18); sein Schulterstrich setzt spitz an; in der Verbindung or hat es die runde Form (2. 15). s ist stets lang, niemals rund.

Abkürzungen. Für *bus* steht b mit einem Punkt und einem grossen eckigen Komma (3); in derselben Weise wird *us* überhaupt gekürzt (1. 7. 16. 40); nur zuweilen (im Wort *senatus*) ist das gewöhnliche runde Häkchen gesetzt (24). Für *que* steht q mit einem runden Komma (26. 28). Für *et* steht das tironische Zeichen. Man beachte ausserdem *autem* (āū, 22. 37), *post* (1), *qui* (32. 49) und das Zeichen für *ur* (34. 36). In Z. 22 steht zur Kürzung ein Strich und darüber ein Punkt.

Die Worttrennung ist sehr unvollkommen. Zur Interpunktion ist für die grosse Pause ein Punkt, für die kleine ebenfalls ein Punkt oder ein Punktstrich gesetzt (6. 8).

Der Text ist sehr fehlerhaft. Zuweilen sind Lücken gelassen. Einige sinnstörende Fehler habe ich in den Anmerkungen korrigiert.

- saliret. Primus Marcus Agrippa post edilitatem, quam gessit consularis, operum suorum et munerum velut perpetuus curator fuit; qui iam copia permittente descripsit, quid aquarum publicis operibus, quo lacibus, quid privatis daretur. Habuit et familiam propriam, aquarum que tureretur ductus adque castella et lacus. Hanc Augustus ereditati ab eo sibi relictam publicavit. Post eum, Quinto Elio Tuberone Paulo Fabio Maximo consuli<sup>1)</sup>, in re, que usque in id tempus, quasi potestate acta, certo iure eguisse, senatus<sup>2)</sup> consulto acta sunt, ac lex promulgata. Augustus quoque edicto complexus est, quo iure uterentur, qui ex commentariis Agrippae aquas haberent, tuta re in sua beneficia translata. Modulos etiam, de quibus dictum est, constituit; et rei continende exercendeque curatorem<sup>10)</sup> fecit Messalam Corvinum; cui adiutores dati Postumius Sulpicius pretorius et Lucius Cominius pedarius; insignia eis quasi magistratibus concessa, de quo eorum officio<sup>2)</sup> senatus consulto factum, quod infra scriptum est: „Senatus consultum, Quod que<sup>3)</sup> Elius Tubero Pullus Fabius Maximus Consul<sup>1)</sup> verba fecerunt<sup>4)</sup> de iis, qui curatores aquarum publicarum ex consensu senatus a Cesare Augusto nominati essent, ordinandis, de ea re quid fieri placeret de ea re .e. censuerunt<sup>5)</sup>, placere huic ordini, eos, qui aquis publicis praesent, cum ius<sup>6)</sup> rei causa extra urbem essent, lictores binos, et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos praeconesque totidem habere, quot habent ii, per quos frumentum plebei datur; cum autem in urbe eiusdem rei causa aliquid ageret, ceteris apparitoribus isdem praeterquam lictoribus, utique quibus apparitoribus ex hoc senatus consulto curatoribus aquarum uti liceret, eos diebus decem [pr]oximis, quibus senatus consulto factum esset, ad erarium deferenti, quique ita dilati essent, iis pretoris erarii mercede cibaria, quanta praefecti frumento dando (?) dare deferreque solent, annua darent et adtribuerent; isque eas pecunias sine fraude sua facere liceret. Utique tabulas, chartas ceteraque, que eius curationis causa opus essent, iis curatoribus praebenda, que eius<sup>7)</sup> Paulus Fabius consul<sup>1)</sup>, ambo [alte]rve, si is videbitur [adhib]itis praetoribus, qui erario praesint, et praebenda locent. Itemque, cum viarum curatoresque frumentique parte quarta anni publico fungebantur ministerio, ud curatores quarum<sup>8)</sup> iudiciis vacent privatis publicisque<sup>11)</sup>. Apparitores et ministeria, quamvis perseveret adhuc erarium in eos eroget, tamen esse curatorum videntur desisse inertia ac segnitia non agentium officium. Egressis autem urbem dumtaxat agende rei causa senatus presto esse lictores iusserat: nobis circumeuntibus rivos fides nostra et auctoritas a principe data pro lictoribus erit. Cum perduxerimus rem ad initium curatorum, non est alienum subiungere, qui post Messalam huic officio ad nos usque praefuerint. Messale successit, Plancus et Silius consules, Ateius Capito; Capitoni . . . . . Caio Antistio Vetere consule, Tarius Rufus; Taurio, et Serio Cornelio Cethego Lucio Visellio Varrone con-<sup>10)</sup> sulibus, Marcus Cocceius Nerva, divi Nerva avus, scientia etiam iuris illustris; huic successit, Favio Persico Lucio Vitellio consule, Caius Octavius Laenas; Laenati, Aquila Iunianus et Nonius Asprenate consulibus, Marcus Porcius Cato; huic successit post quem Servius Asinius Celera . . . . . onio<sup>11)</sup> Quintiliano consulibus, Aulus Didius Gallus; Gallo, que<sup>12)</sup> Veranius

<sup>1)</sup> Für *consulibus*; und so steht Z. 16. 31 *consul* für *consules*. <sup>2)</sup> Korrigiert. <sup>3)</sup> Für *Quintus*. <sup>4)</sup> Diese Auflösung gibt Polenus. <sup>5)</sup> Siehe Valerius Probus, *De notis antiquis*, auf Taf. 114, Text, Seite 3, Zeile 20; doch an vorletzter Stelle (der letzte Buchstabe unserer Zeile) steht dort l statt e, und dieses wird aufgelöst ita. <sup>6)</sup> Für *eius*. <sup>7)</sup> Für *Quintus* Elius. <sup>8)</sup> Für *aquarum*. <sup>9)</sup> So weit scheint der Senatsbeschluss zu gehen. <sup>10)</sup> Ein überflüssiger Kürzungsstrich. <sup>11)</sup> Vor *onio* ist noch ein Strich, welcher Endstrich eines n sein könnte; t wird vor o anders geschrieben, siehe *Cato* in Z. 48. <sup>12)</sup> Für *Quintus*.